Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.
1050
1048
1054
1044
1059
1039
1099
0999
0949
0549
0049
Ende
Anfang

Praeconisatio et laus sanctorum montium Synai Oreb et Synai S. Catharinae, corumque dispositio.



1. Monasterium S. Catharinae. 2. Montis pars inferior Oreb, Heliae et Helisaei. 3. Mons Moysis. 4. Mons S. Catharinae. 5. Monasterium XL Sanctorum.

Montium sanctorum descriptio ex praedictis et ex figura adstante aliquantulum potest (perspici). Hi ambo montes pro uno monte computantur pro eo, quod eorum cacuminibus differant, in radice tamen et pede unum sunt; nam ab una radice uterque consurgit et uno pede et fundamento sustentantur, sicut dicitur una manus et tamen habet quinque digitos distinctos quidem a se, sed conjunctos in radice. Et ita intelligitur collecta S. Catharinae, in qua dicitur, (52 a) quod corpus beatae Catharinae sit ab angelis collocatum in eodem loco, ubi Deus dedit legem Moysi, hoc est, in eodem monte, quoad radicem, sed non in eodem loco montis, quoad verticem. Una ergo

© Stadtbibliothek Ulm, 2010. Signatur: 16 739-3;